

cum ea, quam Athenienses ad Naxum, duce Chabria, reportarunt, commune fuerit? Tria itaque distincta praelia commemorat, quæ eodem mensis feliciter à Græcis gesta sunt. Quippe xxvi. Boëdromionis ad Arbela pugnavit Alexander, & Barbaros fudit. Circa Plenilunium vero, hoc est Boëdromionis xvi, ut Polyænus lib. 3. de Stratagem. narrat, Chabrias eisdem Barbaros ad Naxum profligavit. Tertia Boëdromione mensis ἐπιπέδιον, Themistoclis victoria fuit. Quocirca valde insulse τὸ πρῶτον φθίνοντες, Naxicam ad victoriam retulit. Neque in eo tamen ositantia constitit. Quin ea ipsa verba diversis in locis modò ad Arbelicam pugnam, modò ad Naxicam revocavit. Libro de Emenatione primo, Βοηδρομιώνος ἀπέπαισι φθίνοντες Chabria victoriam accidisse refert. At libro v. illud idem, ἀπέπαισι φθίνοντες, Arbelicæ victoriæ tribuit, quod & verum est, sed prius falsum. Etenim Darium ad Arbela vicit Alexander undecim ab eclipis diebus, quæ Boëdromionis xv. contigit. Quare praelium incidit in xxvi. diem. Chabria autem pugna rectè à Plutarcho conjicitur in eum diem, qui est ἐπὶ τοῦ πανσέλιου. Accidit enim Boëdromionis xvi, ut ex Polyæno discimus. Quis non vehementer admiretur, novum illud, & prioribus sæculis ignotum, ac divinum inventum, regulam temporum illam, & munimentum veritatis Chronologica uno illo Plutarcho loco comprobati, tam falsò absque deo detorto, ac divinum ingenium tantum ἄλλω utraque in editione commississe? Sed nos & hæc, & his multò plura, & graviora pridem Themistocles in Notis observavimus. Quocirca in nihilum ista Periodus, ejusdem dispositio omnis, & ad Olympicam instituta comparatio recidit. Quod & amplius ex sequentibus colligitur. Etenim victoria ad Naxum illa à Diodoro conjicitur in annum Olympiadis centesimæ quartum, non in primum sequens. Nec dissentit Eusebius, qui nupquam victoriæ Naxicæ meminit; sed hoc dumtaxat ad annum primum Olympiadis c. adnotat. Athenienses principes Græciæ facti: quod scilicet altero anno à victoria contigit. Ita Tetraëteridis Atticæ compositio, ac Periodi structura retexetur. Nam si quarto anno Tetraëteridis Olympicæ convenit tertius Atticæ, primus annus Atticæ erit Olympicæ secundus; idèque ex Scaligeri methodo annus xviii. Olympicæ Periodi primus erit Atticæ. Sed rursus altera ex ejusdem Scaligeri principiis ineunda ratio. Nam libro v. ubi de everis ab Alexandro Thebis agit, Mytheria Cereris quinquennialia fuisse, & anno Tetraëteridis Olympicæ secundo perpetuò celebrata docet; qui idem Atticæ Tetraëteridos est quartus; cum hujus primus sit illius tertius. Atqui Livius libro xxxii, anno U. C. dclv. Sulpitio Galba, & C. Aurelio Coff. Athenis mytheria celebrata scribit. Erat hic annus Olympiadis centesimæ quadragesimæ quartæ primus. Igitur in annum Olympicæ Tetraëteridis primum incurrit quartus Atticæ. Quod etiam ex Herodoto constat. Siquidem anno Olympiadis lxxxv. primo, quo Xerxes irrupit in Atticam, Mytheria peracta fuit, ut libro vii. historicus ille prodidit. quod ad Themistium exposuimus. Quare si annus quartus Tetraëteridos Atticæ primus est Olympicæ, Atticæ Periodus inchoabitur anno Periodi Olympicæ xx, & uno tantum Cyclo à se invicem illæ peridi discrepant. Ita in omnes partes Scaligeri methodus, ac doctrina versatur. Nam ex illius rationibus Tetraëteridos Atticæ primus annus cum Olympicæ Tetraëteridos anno, 2. 3. 4. congruit. Sed de mytheriis, ac Scaligeri hallucinatione dictum est ad Themistium, & in libro v. ex instituto disputabitur.

CAPUT XX.

Nonnulla proponuntur, quæ ad Atticæ, & Olympicæ Periodi contextum pertinent: ut ex eis Scaligeri error appareat.

TAMETSÌ superior illa Scaligeri ositantia fidem omnem, & admirationem superet, haud scio tamen an non gravior altera sit, quàm in ejusdem contextu periodi comprehendimus. Quæ sic est ab eo constructa, ut à pervagatis Mathematicorum artium elementis, & Astronomia principiis abhorreat. Quod antiquam ostendo, pauca quadam in tyronum gratiam ob-

servanda sunt. Volo enim, idèque adeo spero, ejusmodi esse illa omnia, quæ ad refutandam Scaligeri doctrinam afferam, ut ea minus etiàm à peritis animadverti, intelligique possint. Hoc igitur itatendum est; nullum ab Astrologis annorum orbem, quem Cyclum vocant, hæcenus reperitum; aut reperiri verò posse, in quo Solis, ac Lunæ circuitus ita libi invicem respondeant, nihil ut de alterius rationibus redundet, quod in altero desideretur. Etenim ex omnibus annorum intervallis accuratissima est Enneadecæteris, sive decem, ac novem annorum Periodus: neque ista tamen Solis, ac Lunæ ἀστρονομία peræquat. Nam xix. anni Juliani diebus constant 6939, horis 18. Totidem lunares selsqui-hora ferè minus habent. Ita fit, ut post cyclos 1v, sive annos lxxvi, desint Lunæ ad Solem assequendum horæ vi. ferè, & post xvi. Cyclos, sive annos ccciv, penè solido die Novilunia solares in anno Juliano terminos antevertant. Exempli causâ, si hoc anno, Cyclo Lunæ xvi, Novilunium commisit Martii vii, trecentis, & quatuor annis elapsis, in septimum Martii retrocedet; ac deinceps Cyclo xvi, nunquam Novilunia in Martii xvi. incident. Hæc est lunarium Neomeniarum ἀστρονομία, sive, ut Scaliger vocat, ἀστρονομία: quæ licet in annis ccciv. diem integrum nondum expleat, Scaliger tamen ille ipse numerus annorum sufficere videtur; cum & Cycli jam absoluti sint xvi, & non nisi post absolutos Cyclos, ex eorumdem comparatione Cyclorum, ἀστρονομία lunaris animadverti possit. Quam etiàm ob causam Clavio intemperanter insulstat, qui ad unius diei anticipationem annos cccxi; exigebat. Quocirca ex Scaligeri opinione, post annos ccciv, Novilunia iidem Julianorum mensium diebus minimè consistunt, sed paulatim versus eorum initia recurrunt. Calippicus Cyclos annorum xix, metus est Julianus. quatuor ejusmodi Cycli diebus constant 27759. At lunares anni xix. cum Embolimis vii, dies colligit 6939. horis 16. 595. Judaica scrupula, sive horas 16. 33. 3. 20. Differentia lunaris, & Calippici, vel Juliani cycli, est hora 1. 485. sive hora 1. 26. 58. 40. In quatuor verò cyclos excessus erit, horæ 5. 47. 46. ccciv, ut est in libro 2. de Emend. Itaque post annos 23. 11. 6. hoc est unius ferè diei.

Secundum hæc, revocanda in memoriam duplex anni Græci forma, quam constituit Scaliger, nimirum Tetraëterica, sive æqualis, quæ mensibus tricenis constat, diebus cccxi. i. & lunaris. Ex quibus duplex itidem Neomeniarum genus oritur. Nam aliæ sunt æqualium mensium propria, aliæ lunares, quæ per populares menses implicata ipsos obeunt, nec ante finem Tetraëteridos ambe inter se conveniunt. His animadvertis, tria, quantum doctrinæ Scaligerianæ firmamenta sunt; quibus attentè consideratis methodi illius vanitas in lucem sua se sponte proferet.

Primum est, Neomenias populares, sive mensium Scaligerianæ, immobiles, ac fixas esse, & iidem Julianis diebus hætere. Non enim, ut Novilunia, in anteriora ἀστρονομία, vel in posteriora ἀστρονομία recedunt, sed iidem diebus affixi sunt. Quod in omnibus exemplis, quibus utitur Scaliger, licet cernere. Ita enim quadrangulis, eoque amplius, annis ante initium Olympiadum, Thargelion anno xi. Periodi Atticæ Neomeniam habuit Maii xxxi. eodem die, in quo post cccc. annos incurrit: uti pag. 44 libri hujus disputat, & in libro v. cap. de Ilii excidio, pag. 356. Sic Mueyehion anno xxxii. Periodi Atticæ, Iphtiti cxcviii, convenit in Aprilis xvi, ut in ipso Iphtiti sæculo. Item Scirrhophorion, perinde ut initio Olympiadum, anno Iphtiti cccxiv. Julii 3. competeat (ut est lib. i. pag. 45.) anno 2. Periodi Atticæ. Metagition quoque anno Iphtiti cccxvi, Periodi Atticæ xxvi, Neomeniam habuit Kal. Sept. Boëdromion Kal. Oct. quæ est pristina sedes Neomeniarum Iphtiti sæculo congruens, ut ibidem traditur. Quod ipsum in reliquis constanter observat; ut ex libro v. qui est de Epochis, intelligitur. Quare ex instituto Scaligeri, Neomeniæ Tetraëtericorum, ac civilium mensium iidem Julianorum mensium diebus consistunt.

Alterum firmamentum est; Græcos, & imprimis Atticos, ante excogitatum à Calippo lxxvi. annorum Periodum, tacite illum per Tetraëteridas, & Octaëteridas usurpassis. Hoc est in Octaëteridas ix, cum una Tetraëte-

P. 396.

PAG. 397.

Tetraëteride, tantumdem dierum imputasse, quantum Periodo sua Calippus attribuit. Nihil enim (ait Scaliger pag. 37.) in ea re Calippus innovavit; sed quid tacita observatione fieret ostendit, nempe in xix. Tetraëteridibus quatuor ἐξαιρετικὰs extraordinarias fieri. Tum libro v. Calippus, inquit, nihil in anno populari innovavit, præter pag. 397. Periodum, ut in lxxvi. annis novies intercalandum esse doceret; idèque quando, & quatenus: quod in Octaëteride ratio Luna, non regula ullius Periodi ostendebat. Igitur ante Calippum Græcorum anni populares lxxvi. dies colligebat 27759. qui ab illis citra Peridi regulam perire dispensatis dierum expunctionibus, administrabantur. Quod licet absurdum, & à nobis refutatum antea sit, ad convincendam tamen Peridi Olympicæ, Atticæque falsitatem peropportunitate accidit.

Tertium firmamentum est: Cum in Atticæ Perido duplex Neomeniarum genus considerandum sit, popularium videlicet, & lunarium, posteriores istas ad Iphtiti sæculum accommodatas esse. Sic enim loquitur, lib. v. Pag. 376. Atticæ accommodatas Novilunia Tetraëteridum sæculo Iphtiti. Itaque à capto Ilio ad primam Olympiadem, & sæculum Iphtiti, facta erat Luna ἀστρονομία horarum 32. A sæculo autem Iphtiti ad Dionysium Halicarnassensem, & Augustum, bidui solidi. Quare errare, qui ad Luna rationes hæc exigere. Quamobrem cum in Atticæ Periodi, ac Tetraëteridis laterculo videmus hoc vel illo Scirrhophorionis die Novilunium accidisse, hoc ad priscum illud sæculum referri debet. Neque enim alteri, post longum præteritum intervallum, congrueret.

Ex his tribus Scaligeri principiis necessario sequitur, Novilunia ἀστρονομία, aut ἀστρονομία paulatim priscos limites egredi. Nam si lunaris cyclus, sive anni xix. lunares, totidem Julianos exæquant, vel potius si quatuor lunares Cycli, quæ est Calippica Periodus annorum lxxvi, cum Julianis totidem paria facerent, Neomeniæ lunares in Julianorum mensium diebus immobiles hæterent, adeoque popularium; quorum Neomeniæ, ut jam diximus, Julianis diebus affixe sunt. Quod si lunares anni lxxvi. totidem Julianos superent, ut in Metonicis quatuor Periodis accidit, Novilunia in consequentia prolaberentur, & ἀστρονομία ab epocha priore discedent. In Metonico quidem anno, die solido; propterea quòd quatuor Periodi Metonica diebus constant 27760: Juliani vero anni lxxvi. diebus 27759. Unde si Metonicus lunaris anni modus in usu sit, post lxxvi. annos Novilunia pessum in posteriora recident. Postremò si lunares anni lxxvi. totidem ab Julianis superantur, cum xxvii. embolimis, totidem Julianis minores sunt horis ferè sex, & Julianorum ccciv. supra lunares totidem excessus diem integrum colligit, ut supra declaratum est; manifestum est Novilunia, & Plenilunia tam à Julianorum mensium, quam à Tetraëtericorum diebus in anteriora regredi. Ita quidem ut si hoc anno Scirrhophorionis die vii. in ix. Julii Novilunium accidat, cyclo Lunæ xiii, post annos ccciv, eodem cyclo, Novilunium Scirrhophorionis vi. die, & Julii vii. committatur. Hinc illud pag. 251. est, quod lib. iii. Itaq. Can. definitur à Scaligero: Tetraëteridem Atticam ἐπιπέδιον esse ἀστρονομία, & ἀστρονομία τὸ ἀστρονομία ἔργον: Lydium videlicet lapidem, quo temporum certa, & accurata ratio discernitur. Et paulò antè. Nam Tetraëteridos, inquit, Atticæ Novilunia sunt elenchus omnium errorum, & munimentum omnis veritatis Chronologica. Hoc verò eo sensu dictum est, quòd cum laterculum Tetraëteridos certis popularium mensium diebus Novilunia defigat, quibus Iphtiti sæculo congruebant; propter lunarem ἀστρονομία, aliisque causis, eadem illa Novilunia constare nequeunt, ut ibidem loquitur, idèoque paulatim pricas illas Epochas relinquunt. Nam in Octaëteride Harpali Neomeniæ in posteriora summoventur, quoniam Octaëteris Harpali veram excedit horis xi. 18. 30. Julianam vero biduo solidam. Unde in singulis Octaëteridibus μετὰ ἀστρονομία Neomeniæ Harpalicæ in anno Juliano bidui contigit, in lunari verò horarum xi. 18. 30. At in Calippica forma, in qua lunares anni lxxvi. cum embolimis xxviii, totidem Julianos exæquant, Novilunia inedia, ἀστρονομία, ab epochis Calippicis, perinde

PAG. 251.

ac Julianis, retrocedunt: proindeque & à Tetraëtericorum, sive popularium mensium diebus, qui Julianis inherant. Quæ Neomeniarum lates Tetraëteridis beneficio deprehenditur; cum Novilunia aliis æquabilium mensium diebus congruant, quàm eo tempore competentes, ad quod Tetraëteris accommodata fingitur. Tum si quis Olympicæ, vel Atticæ Tetraëteridos, anno tali, ac mense Novilunium, aut Plenilunium eclipcticum incidisse dicat, ex Tetraëteridos contextu statim agnoscitur, utrum anno illo syzygiæ, vel oppositiones lunares, iis diebus, qui concepti sunt, accidere poterint. Quod uno Scaligeri exemplo declarari potest. Scribit enim Itaq. Can. libro iii. cap. viii, anno iv. Olymp. clxii, Cyclo v, Atticæ Tetraëteridos anno 2, sub obitum Carneadis Lunam defecisse Πενταήμερον Tetraëterici die iii: cum tamen ex disposito prisco Neomeniarum lunarium, Neomeniæ pryntias incidere debuisset in vi. Pyanephsionis, ut est in laterculo Tetraëteridos Atticæ. Sic de aliis, inquit, Noviluniis in ultimis temporibus iudicium esto. Annus iv. Olymp. clxii. est Iphtiti dclxviii. quo intervallo phasquam bidui præcessio lunaris accidit. Unde à vi. Pyanephsionis ad iii. progressum fecit Novilunium. Vides igitur tam Neomeniæ Tetraëtericorum mensium, Julianorum mensium diebus adhærescere, quàm Novilunium in illis antecessione paulatim excitari, eoque majorem esse, quò longiora temporum spatia proponuntur.

CAPUT XXI.

Declaratur Scaligeri in sua ipsius Methodo graviss hallucinatio.

HÆCENUS sic à nobis explicata est Olympicæ peridi, Atticæque doctrina, ut ne ipse quidem Scaliger clarior eam, ac fidelius declarare poterit. Quod eo consilio fecisse me jam dixi, ut vel Mathematicarum artium rudes agnoscerent, quàm parum accuratum se in illa sua tractanda Methodo præbuerit, in qua sic versatur, ut majora in ulla re, ac fediora nemo commiserit. Nam cum incidunt exempla, in quibus Noviluniorum, aut Pleniluniorum, vel eclipsion ratio ad Atheniensium tempora refertur; quod in hoc opere sexcentis locis occurrit; Novilunia Tetraëteridis, atque æqualibus mensibus sic illigat: ut iidem planè diebus attribuat, in quibus ante quadringentos aut etiam septingentos annos, hoc est Iphtiti sæculo congruebant. In nonnullis verò ἀστρονομία, ac lunarem antecessione observat. Postremò laterculum ipsum Tetraëteridis periumque non Iphtiti sæculo, sed posteriori ætati convenit. Quæ tria singillatim demonstranda sunt.

Ac primum Lunaris antecessione habita ratio est in exemplo illo Carneadis, cuius supra mentionem fecimus, ex lib. iii. Itaq. Can. Ibi enim anno iv. Olymp. clxii, Atticæ Tetraëteridos anno 2, Plenilunium avi. die Pyanephsionis, in quem Iphtiti sæculo cadebat; ad iii. transit, post annos dclxviii. Ita ἀστρονομία plus quàm bidui facta. Item libro v. de Emend. Cap. de pag. 383 transitu Xerxis, Eclipsis Solis accidit anno Per. Jul. 4233. Iphtiti cccxv, Periodi Atticæ xxix, Tetraëteridos primo, Ελευθεροβουλίου ἐπίθω φθίνοντες; id est xxiiii, die Aprilis xix, cum Iphtiti sæculo in laterculo Tetraëteridos cadat in diem xv. Elaphebolionis. Ergo bidui ἀστρονομία non toto Hipparchi Cyclo vertente contigit, quod adversus hypothesim pugnat: unius enim diei esse debuit. Ad hæc libro v, anno Iphtiti cccxlv, Periodi Atticæ 2, Novilunium accidisse dicitur Scirrhophorionis xiiii, cum Iphtiti sæculo decimo quinto conveniat in laterculo. Quòd si Meton, ut est in libro i. de Emend. Novilunium anticipavit; & Scirrhophorionis xiiii. constituerit, quantum proprie in xiv. incidere, ἀστρονομία unius dumtaxat diei contigerit. Quarta in anno Perodi Atticæ quarto, Iphtiti cccxvi, Hecatombæon vi. deliquim Solis evenit, ac proinde Novilunium, quod ex laterculo in vii. Hecatombæon quadrat. En ἀστρονομία unius diei, quod initio belli Peloponnesiaci accidit, Per. Jul. anno 4283. uti scriptum est libro v. de Emend. & libro i. pag. 38. Quinto eodem libro v. de Emend. pag. 387. deliquim Solis anno Per. Jul. 7310; Atticæ Perodi xxxi contigit, Μπαργατηνώνος Tetraëterici πρώτης μενούσης; pag. 386.

hoc

Part I.

hoc est XIV. Neomenia Metagitionis Iphiti seculo, ut est in tabula Neomeniarum, accidit Augusti XVII. Ergo XIV. dies convenit Septembris IV. Atqui Solis Eclipsis Septembris III. incidit. Igitur Neomenia Lunaribus unius est dici facta à IV. Septembris ad III. & à XIV. Metagitionis ad XII. In illo Scaligeri loco *περὶ τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰφίτου ἡμετέρας*, pro *μηνιαίας*, perperam, ut ex laterculo constat; in quo annus Tetraëteridis tertius Novilunium habet Metagitionis XII. Sexto, ut est in lib. I. de Emend. anno Per. Jul. 4290. Iphiti cccxlv, Atticæ Periodi XI, Tetraëteridos III, Novilunium eclipticum commissum est Hecatombæonis XIV. Augusti XVI. Neomenia Hecatombæonis Tetraëterici Augusti III. Igitur Hecatombæonis XIV. Novilunium. Hoc autem in laterculo Tetraëteridos Atticæ, quod ad Iphiti tempus dirigitur, incidit in XV. Proinde antecessio lunaribus unius diei jam erat facta. Denique pag. 41, Plenilunium incidit Boëdromionis Tetraëterici XVI, anno Iphiti ccccl, Tetraëteridos Atticæ anno III. Novilunium igitur Boëdromionis XII. non XIII. vel XIV, uti Scaliger putat. Atqui in laterculo Boëdromion anno tertio Tetraëteridos Novilunium habet die XIV. Ergo lunaris antecessio biduo solido contigit, annis ccccl. In his omnibus, alisque, quibus super sedemus, exemplis *αἰσθησάντων* observat Scaliger: et si perperam in quibusdam biduo reparatur; cum in aliis, quæ majorem modum antecessio exigunt, non plus quam diei unius imputetur. Quamobrem cum lunaris *αἰσθησάντων* in Tetraëtericis mensibus contingat, ubicumque neglecta illa fuerit, sic ut Novilunia ante, vel post ccciv. annosidem diebus congruant, nec in alterutram partem promoverint, manifestus methodi error est, eò gravior, quò longius spatium temporis intercedit.

Nos exempla quadam selegimus, in quibus neglecta antecessio lunari novilunia isdem diebus retinuit. Quorum primum illud est, quod pag. 44. proponitur. Anno Iphiti cxcviii, Olympicæ Periodi anno LXX, Atticæ XXXI, Tetraëteridos Atticæ IV, Periodi Juliana 4236, Cyclo Luna XVIII. Plenilunium incidit Munychionis Tetraëterici die XVI, quo Græci navali certamine ad Salamina vicerunt: idèoque diem illum Diana consecravit. Novilunium Munychionis incurrit in XVII Aprilis, secundo die Munychionis Tetraëterici; cuius Neomenia Apr. XVI. congruit; Plenilunium verò Kal. Apr. ac XV. die Munychionis *αἰσθησάντων*, sive lunaris. Videt, inquit Scaliger, quàm pulchrè hæc respondent methodo. Nam in tabula Atticæ Periodi Munychion Tetraëtericis Neomeniam habet in XVI. Apr. Proinde XVI. dies ejusdem cadit in Kal. Apr. Verum quàm hæc bellè Atticæ Periodi Tabulæ respondent, tam methodo ipsi, doctrinaque Scaligeri repugnant. Siquidem post Hipparchum fere solidum orbem, Novilunium eodem die Juliani, ac Tetraëterici mensis consistit, quo Iphiti seculo conveniebat. Nam Tetraëteridos Atticæ annus erat quartus, cuius Munychion Tetraëtericus iniiit Julii XVI. Novilunium verò XVII, planè uti Xerxis atate post annos cxcviii. Atqui supra demonstratum est, minore aliquantò spatio bidui *αἰσθησάντων* interesse à XVII. *Ἐλαφρόλιον* ad XXV, anno Periodi Juliana 4233, Iphiti cxcv. Quanta est igitur hæc hallucinatio, anno Iphiti cxcviii. ne unius quidem diei *αἰσθησάντων* repetiri, cum illie ad biduum usque pervenerit? Præterea pag. 45. anno Iphiti cccclxvi, Per. Olympicæ LXVI, Atticæ XXVIII, Per. Jul. 4383, Eclipticum plenilunium notatur *τῇ εἰσόδῳ Μεταγίτιονος*, hoc est XX. Metagitionis Tetraëterici, cuius Neomenia Kal. Sept. Novilunium itaque commissum est Metagitionis *αἰσθησάντων* civilis VI. die, anno Tetraëteridos Atticæ IV. Plenilunium, & Eclipsis Septembris XX. At verò Iphiti seculo in eodem planè dies Novilunium, ac Plenilunium Metagitionis Tetraëterici cadebat. Nam in laterculo Tetraëteridos Atticæ, quod ad Iphiti tempus accommodatum esse proficitur Scaliger, Metagition annu quart novilunium habet in die VI, adeoque plenilunium die XX. In tabula Periodi Atticæ, quæ & ipsa Iphiti seculo responderet debet, Neomenia Metagitionis anno XVII, Kal. Sept. accidit. Cum igitur ex laterculo Tetraëteridis novilunium competat VI. Metagitionis Tetraëterici, plenilunium XX, hoc est VI. & XX. Sept. nulla lunaris antecessio post cccxlv. annos intervenit, quod est absurdissimum. Postremò ad illius doctrinæ vanitatem arguendam luculentum est

Pag. 78.

exemplum pag. 46. Ibi anno Iphiti dccciv, Periodi Olympicæ decime, anno XXX, Tetraëteridos Olympicæ anno II, Novilunium confertur in Panemi XVI, qui idem est cum Munychione Tetraëterico. Ideò XXVI. Munychion istius est undecima Munychionis *τῆς περὶ τρυφίας*, sive lunaris, ut ex eo decreto colligit, quod in Hyrcani gratiam Atheniensis ediderunt. Atqui eidem diei Munychionis competeat novilunium Iphiti seculo. Igitur post duos Hipparcheos Cyclos novilunia isdem diebus hærent, sine antecessio, quam in duplo minore spatio nonnunquam immanem constituit.

Ex his velut corollarium, tertium illud elicitur: Sæpè numero Tetraëteridos Atticæ dispositionem tertio, quartòve ab Iphito seculo convenire magis, quam ipsius atati, ad quam illius rationes directæ sunt. Nam in exemplis illis tribus posterioribus, novilunia isdem Julianorum mensium, ac Tetraëtericorum diebus congrunt, quibus ex laterculi Tetraëteridos methodo conveniunt. Velut anno Iphiti cxcviii, Tetraëteridos Atticæ IV, novilunium confertur Munychionis tribuitur, Plenilunium XVI, ut est in laterculo. Quare Iphiti seculo tardius eadem illa novilunia caperunt: utputa Munychionis tertio novilunium isud, quod Xerxis tempore in secundum cadebat. Siquidem anno Per. Jul. 4236. novilunium Aprilis XVII, feria V. congruebat, hora 1, 16, 40" in Horizonte Attico, ut ex Tabulis nostris colligitur. Ad amissum itaque quadrat in Munychionis 2. Sumatur jam annus aliquis Iphiti tempore, qui eundem Cyclum habeat. Annus Iphiti cxcviii. verno tempore, hoc est Munychione, incurrit in annum Per. Jul. 4236, Cyclo Luna XVIII, quo novilunium Iar Judaicè caput Apr. XVII. Huiusrespondet Iphiti seculo annus Per. Jul. 3951. Cyclo Luna XVIII, Solis III, littera D; à quo anno ad Iphiti cxcviii, Cycli sunt absoluti XV. Hoc verò ipso anno novilunium contigit ex Prutenicis tabulis Apr. XVII, feria VI, hor. 16. 46" ad media nocte, in Meridiano Regiomont. Athenis verò hora 17, 10'. Quare ad sequentem diem, Aprilis XVII. traducitur. Annus erat Judaicus 2998; cuius Tisri iniiit anno Per. Jul. 3950. Sept. XXIII. Est enim charactèr 3. 6. 760, Cyclo Solis 2, lit. E. Quare Sept. XXI. feria III. cepit Tisri. Cui quidem charactèr si septem mensium charactères adjicias, confiet charactèr Iar Aprilis XVII, nempe 6. 23. 911, feria VI, hora fere XVIII. post mediam noctem: proindeque sequentem ad diem, hoc est feriam VII. rejicitur. Igitur seculo Iphiti Novilunium Munychionis III. die non secundo commissum est: adeoque Tetraëteris Atticæ, quæ secundo die illud exhibet, non Iphiti tempore, sed tertio ab eo seculo magis quadrat. Similiter anno Iphiti cccclxvi, Per. Jul. 4383, Novilunium contigit Metagitionis VI. & Septembris item VI, feria 2, hor. 7. 45. 13" Athenis. Plenilunium medium Sept. XXI, feria 3. hor. 2. 7. 15". post mediam noctem diei XXI. At Plenilunium verum, & eclipsis hora 8. 20" post meridiem diei XX. in meridiano Atheniensi. Judaicè post Neomenia Tisri incurrit in Sept. VI. Nam charactèr ejus est 2. 14. 713, feria 2, Cyclo Luna XVIII, Solis XV. Plenilunium Sept. XXI, cuius charactèr 3. 9. 297; hora 3. 29; post mediam noctem Sept. XXI, feria III. Sumamus jam in Atticæ Periodo annum aliquem ei respondentem Iphiti tempore, ante Cyclos XXI. Esto hic Periodi Juliana 3984. Cyclo Luna XIII, Periodi Olympicæ anno LXVIII, Atticæ IX, à quo ad annum Per. Jul. 4383; cycli lunares absoluti sunt XXI, quibus antecessio lunaris ex Scaligeriana, & Judaica ratione debetur diei unius hor. 6. 465. Nam cyclis singulis Luna anticipat hora 1. 485. Itaque si Novilunium anno 4383. quadrabat in Septembris, & Metagitionis sextum; anno 3984. idem novilunium accidit Sept. & Metag. VII. Ex lunariis tabulis nostris Novilunium anno illo incidit Sept. VII, fer. I. hor. 20. 0". 52" post mediam noctem, Plenilunium medium Sept. XXI. feria 2. hor. 14. 22. 54" post mediam noctem, Cyclo Solis VIII, littera E. Ex Judaica methodo Tisri Sept. VIII. horis fere tribus post initium noctis, quæ meridiem septime diei consecuta est. Charactèr enim Tisri est 2. 3. 106. feria 2. adeoque Sept. VIII, Cyclo Solis VIII, littera E. Igitur Iphiti seculo Novilunium Septemb. & Metagitionis VIII, potius quam VII, *ἀπρονουμίας*, ac *παρακίας*; Judaicè more congruebat; minime autem sexto. Unde Novilunium Tetraëteridis Alexan-

147. d.

drandi seculo, quod ab Iphiteo quartum est, potius, quam huic ipsi, consentaneum est. Eadem & in reliquis exemplis ratio est; in quibus Novilunium post aliquot secula laterculo ad amissum respondent. Itaque manifestus est paralogismus, & conturbatio. Penè illud præterieram, quod ex lib. II. pag. 88. ad idem argumentum potest transferri. Novilunium anno Periodi Juliana 4383. incidit in Boëdromionis Attici sextum, & Octobris itidem sextum, anno LXVI. Periodi sextæ Olympicæ, Atticæ vicifimo octavo, Tetraëteridos anno quarto. Quo eodem die in laterculo Tetraëteridos, adeoque Iphiti seculo reperitur, sine ulla *αἰσθησάντων*, quatuor seculis jam elapsis. Sumatur jam annus aliquis Iphiti temporibus propior, qui eundem Lunæ cyclum habeat. Sit ille Per. Jul. 4003. quo annus Atticæ Periodi XXVII. desit, cepitque XXVIII. Hoc igitur anno Tetraëteridos Atticæ quarto inuenta, Novilunium è tabulis nostris commissum est Octobris VII. feria 6. hora 1. 16. 22" post mediam noctem, proindeque Boëdromionis VII. At anno 4383; cyclo Luna XIII. novilunium incidit in Octob. ac Boëdromionis VI. quo eodem die in laterculo ponitur. Quare laterculum ad Alexandri tempus, non ad Iphiti convenit. Denique eodem anno Juliano, exeunte anno Iphiti cccclxvi, Periodi Olympicæ anno LXV, Atticæ XXVII, Tetraëteridos tertio, novilunium contigit Julii IX, ut ait Scaliger, qui dies est Scirrphorionis Tetraëterici VII. Nam Neomeniam Scirrphorionis exhibet tabula Julii tertio. Igitur eodem die post quatuor secula Novilunium incurrit, quo Iphiti tempore; cum laterculum anno tertio Tetraëteridos, Novilunium Scirrphorionis Tetraëterici VII. diei tribuat. Ceterum anno Per. Jul. 4003; Scirrphorionis VIII, non VII. Novilunium accidit. Hujus enim tempus est ex tabulis nostris Julii X, feria I. horis à media nocte II. 4. 13". Ideò Scirrphorionis VIII. Consequens est ergo laterculum Tetraëteridos nequam, ut insinuerat Scaliger, Iphiti seculo respondere.

CAPUT XXII.

*Expenduntur veterum testimonia, in quibus Atticæ Periodi methodum experitur Scaliger, in usque singularis hominis error aperitur.*

Nullum ex antiquis Scriptoribus locum protulit Scaliger, ad Periodum suam Atticam, ac methodum affirmandam, in quo toto, quod aiant celo, non aberrarant. Ea nos propterea sigillatim examinabimus.

Primus est Plutarchi locus, quo pugnam Chabria, victoriamque Naxicam *Βοηδρομιώνος ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰφίτου* accidisse refert. Annus erat, inquit, Iphiti ccccl. id est Olympiadis CI. Primum. Abiectis die Iphiti annis, quoad licet, LXXVI, relinquitur XXI. Periodi sextæ Olympicæ. Ex Olympicæ Periodo ad methodum Atticæ detrahendi sunt XXXVIII. anni. Accommodata igitur integra Periodo, quæ ex viginti non potes auferre XXXVIII, restant LIX. de periodo Atticæ. E regione annorum LIX, in area Boëdromionis, occurrit Neomenia Boëdromionis in XII. Sept. ergo XVI. fuit in VII. Octobr. qua die Plenilunium, ut ex laterculo Neome-nianum patet, accidit, anno Judaicò 3386. Tisri charactèr 5. 14. 55. Sept. XXIII. feria V. Cyclo Solis XXVI. Ideò Plenilunium VII. Oct. feria V. Sed de hoc exemplo multa in superioribus disputata sunt: Ex quibus apparet interpolatione prætermissa fucum esse Scaligeri factum; neque pugnam illam XVI. Boëdromionis incidisse, sive *ἀπὸ τοῦ Ἰφίτου*; sed XVI, circa plenilunium, hoc est post diei quam Plenilunium contigera. Porro XVI. Boëdromionis Alexandrum ad Arbela vicisse, undecimo die post Eclipsin ac Plenilunium, quod Boëdromionis XV. die commissum est, annis ante Naxicam pugnam annis XI. Præterea nec in ea quidem contextenda fabula τὴν ἐπιδήσιν fervat, cum ita differat: Boëdromionis XXVI. Plenilunium evenit: Igitur XIV, aut XII, mensis novilunium accidit. Nam si XXI. Boëdromionis, plenilunium fuit; utique in XII. diem aut XIII. Novilunium incidit. In laterculo verò Tetraëteridos Atticæ, quod Iphiti seculo congruit, Boëdromionis XIV. die Novilunium contigit, anno tertio Te-

traëteridos. Unde si vera esset collectio Scaligeri, *αἰσθησάντων* facta esset fere bidui, annis fere CCC: quod non procedit, ut supra demonstratum est.

In Ifagogicis canonibus lib. III. cap. VIII. de Plenilunio isto, ac Plutarchi loco valde diversa, & more suo perplexa posuit. Nam ut ostenderet Atticam Tetraëteridem munimentum esse Chronologia omnis, hoc argumento declarat. *Plutarchus*, inquit, *in libello ἡμετέρας ἀπὸ τοῦ Ἰφίτου ἐπιδήσιν*, &c. scribitur die Boëdromionis reportavit ad Naxum; quod contigit anno IV. Olympiadis centesima, & proinde secundo anno Tetraëteridos Atticæ, in quo anno Novilunium est in XXI. Metagitionis, à quo tertia decima dies desitit in VI. Boëdrom. Ergo VIII. Luna contigit illa victoria, quod *παρὰ τὸν οὐρανὸν* vocat ipse *Plutarchus* in *Camillo*. Dicit illam victoriam contigisse Plenilunio, & alibi Plenilunium illud VI. Boëdrom. incidisse. Igitur anno secundo Tetraëteridos accidit. Et sane *eo tempore* propter *αἰσθησάντων* *αἰσθησάντων*, XIII. *περὶ τρυφίας* *ἐπιδήσιν* XIV. Luna. Hæc à Scaligero in Ifag. Can. pertractata partim cum hujus libri doctrina pugnant, partim falsa sunt. Plenilunium illud eclipticum, quo Naxicum certamen innotuit, coniecerat in annum primum Olympiadis centesima, Boëdromionis XVI, ac super unico illo fundamento ingentem Atticæ Periodi molem extruxerat. Colligebat enim ex eo, quod Plenilunium incidit in Boëdrom. XXVI. Novilunium in XIV, vel XIII. ejusdem mensis incurriere: hoc autem non nisi anno tertio Tetraëteridos accidere proindeque annum III. Tetraëteridos Atticæ primum esse Tetraëteridos Olympicæ. Qua ex ratione deinceps pro comperto habuit, de Periodo Olympicæ ad methodum Atticæ XXXVIII. detrahenda esse. Quod cum tanti momenti sit, & velut Chronologia munimentum habeatur à Scaligero, uni illi tamen Plutarchi loco (quod sæpius repetendum est) innititur. Cujus singularis loci præsidium detrahit ipse sibi postea, cum diversam Plenilunii istius sedem constituit; in VI. videlicet Boëdromionos, & in anno Tetraëteridos Olympicæ quarto. Quare unde tandem conficiet annum Tetraëteridos Atticæ primum, Olympicæ esse tertium? Nam ita in Ifag. Can. loquitur: *contigisse Naxicam pugnam anno quarto Olymp. centesima; & proinde secundo Tetraëteridos Atticæ*. Illud proinde sumit id, quod in hoc primo de Emend. Temp. libro, atque hoc ipso loco, ex Plutarchi testimonio illo demonstraverat, nempe Plenilunium in XXI. Boëdromionos accidisse. Atqui nihil amplius hac in Plutarchi auctoritate firmamentum habet, à qua in Ifag. canon. recedit. Quomodo igitur quod probatum, ac ratum esse definit, velut certum, & indubitatum adfertur? Occurrat aliquis: saltem ex posteriore Plutarchi testimonio idem posse colligi. Nam si Boëdromionis VI. Plenilunium est, & Metagitionis XXXI. Novilunium, in anno IV. Olympicæ Tetraëteridos; cum id non nisi Tetraëteridos Atticæ secundo accidat, annum secundum Tetraëteridos Atticæ, quartum esse Olympicæ, adeoque primum unius alterius esse tertium. Hoc modo ratiocinari Scaligerum oportuit; si Periodi suæ commentum utcumque fulcire vellet, non pro confesso, quod jam evertat ipse, imprudenter expromere. Sed multis de causis casum & irritum est hoc posterius argumentum. Negamus enim imprimis Boëdromionis sexta plenilunium, aut victoriam illam Atheniensibus obtigisse. Nam Plutarchus libro *ἀπὸ τοῦ Ἰφίτου ἐπιδήσιν*, &c. hoc tantum ait, *ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐρανοῦ περὶ τῆς Χαβρίας ἐπὶ τῆς Νάξου ἐπιδήσιν αἰσθησάντων*. Ubi procul dubio legendum *ἐν τῇ ἡμέρᾳ*; uti Xylander legisse videtur. Idque ex Polyano lib. III. cap. de Chabria, constat; qui Chabriam *Βοηδρομιώνος ἐν τῇ δεκάτῃ* pugnaße memorat; quod tum unus dies Mysteriorum esset. Quare fuit *ἐπὶ τῷ πανσέλιονος*, ut in Camillo Plutarchus asserit, nempe XVI. Boëdromionis lunaris. Nam Tetraëtericus, atque aquabilis Boëdromion, aut alius mensis ex Scaligeriana officina prodit. At secundum eam, quæ idem Scaliger mordicus tuerit, nimirum Mysteria *ἐπὶ τῆς ἐνάτης* & *Βοηδρομιώνος* peracta, idque anno 2. Tetraëteridos Olympicæ, ut est in libro V. pag. 393; falsum est, quod in Ifagog. Canon. affirmat, anno IV. Olympiadis centesima Naxicam pugnam incidisse, quoniam per idem tempus Mysteria celebrata sunt, ut Polyanus docet: aut si verum est & anno quarto Tetraëteridos Olympicæ prælium esse factum, & in anno perinde quarto Tetraëteridos Atticæ instaurata fuisse

Pag. 231.

Myseria, eadem fuit Attica Tetraeteris cum Olympica, sublato illo discrimine, quod Scaligeriana doctrina caput est; qua de re agitur iterum alio loco. Inest & alterum in illo Ifagogicorum Canonum loco...

Fig. Can. 231.

Denique anno illo Iphiti quadragesimo, quo Naxicum certamen initum est, Plenilunium non vi. Boëdromionis, sed v. contigit; Novilunium Metagitionis xx. non xix. fuit enim annus incipiens Olympiadis centesima quartus...

Illustratur Dionysii locus de Troja ca. pia.

Alterum exemplum, quo Periodum Atticam experitur, est ejusmodi. Annus, quo Ilium expugnatum est, erat quadragesimus octavus ante initium primae Olympiadis. Deductis omnibus lxxvi, restant xxxviii. anni, qui de lxxvi. detracti relinquunt xlvi. absolutos...

ab aetivo solstitio anni 3530, ad solstitium anni 3962, anni sunt absoluti ccccxxxii. Quocirca anno 3962, mense circiter Aprilis, inclinante jam anno ccccxxxii; Roma ex Dionysii sententia condita fuit. Annos enim ab aetivo solstitio, more Atheniensium, inchoare se idem auctor affirmat. Quibus positis, omnia illa corrumpuntur, quae de περὶ ἡμερῶν ἰσχυρίας, deque Thargelione finxit Scaliger...

Tertium exemplum: Anno secundo Olympiadis lxxv, sive Iphiti anno cccxcviii, Athenienses Munychionis xvii. diem Dianae sacraunt, quod plena lampade, hoc est plenilunio, pugnatum est eo die illius anni navali praefio ad Salamina. Deductis lxxvi, quantum potest, de annis Iphiti cccxcviii, remanet annus septuagesimus periodi quartae Olympicae. Abiecit ex methodo triginta octo, remanet annus xxxii. periodi Atticae; cuius Munychion xvi. Apr. cepit, qui propterea quod est ultimus Tetraeteridis, ferè lunaris est, ut ex laterculo Neomeniarum intelligitur. Congruit ea Neomenia Iar Judaico 3283, cuius character 5. 8. 124. Aprilis xvi. Ergo Kalendis Maii plenilunium. Vide, inquit, quam pulchre haec respondent methodo. Plutarchi verba sunt: πῶς ἡ ἐκείνη Πῆ δὲκα Μουνοχίωνος Ἀπριμὸς καθιέρωσεν, ἐν ᾧ πῶς ἔδρασε ἀπὸ Σαλαμῖνα νικῶν ἐπὶ ἡμερῶν ἡ Ἰφείας. Illud autem tempus rectè Eusebius consert in annum 2. Olymp. lxxv. Haec Scaliger, quae non plures habent litteras, quam hallucinationes, & παραπληρώματα. Olim ad Themistium demonstravimus, Xerxis navale certamen incurrisse in annum primum Olymp. lxxv, sive Iphiti cccxcviii, Periodi Juliana 4234, & quidem autumno, Boëdromionis ἐνάτης. Quod ex Herodoti auctoritate, aliique rationibus ita munium est, ut ne pertinacia quidem ipsa mutire in contrarium audeat. Quamobrem erravit sine dubio Plutarchus lib. de gloria Athen. & ex alio ejusdem loco castigandus, nempe ex Camilli vita, ubi Boëdromione victos esse Persas ad Salamina confirmat. Nihil certius est, quam anno primo Olymp. lxxv. praefio illud navale confectum. Idque Eusebius ipse Latinus ex editione Scaligeri docet. Sed eam rem plenius libro ix. persequemur.

Quartum est exemplum, quod Diodorus de Metone prodidit, illum primi sui Hecatombionis Novilunium observasse Σαπφονεῶν & die xiiii, anno quarto desinente Olymp. lxxxvi, Hunc igitur pronuntiat Scaliger anticipasse. Quid ita? Quoniam, inquit, Tetraeteris Attica nullum novilunium habere potest in xiiii. die Scirrhophorionis aequalibus, sed in xv. vel xiv. Erat annus quartus Olymp. lxxxvi, Iphiti ccccliv, & proinde xl. Periodi quintae Olympicae. Deductis xxxviii, remanet annus secundus Atticae Periodi. Scirrhophorion 111. Julii. Ab Judaicus erat in xvi. Julii. At Neomenia primi Hecatombionis Metonici die xv. Itaque uno die anticipatum est. Verum quandoquidem de Tetraeteridis Atticae Novilunium excipit Scaliger, eaque negat in xiiii. mensis Tetraeterici convenire; ne in xiv. quidem competit, sed in xv, anno secundo. Itaque cum anno primo Metonice Periodi, Tetraeteridis Atticae secundo, Novilunium acciderit die xiv, ut putat Scaliger, contra methodum Tetraeteridos peccatur. Dices lunarem Σαπφονεῶν diei unius esse factam à xv. ad xv. Sed jam in priori capite monstratum est, Novilunium ex tabulis Atticis, etiam post cccc, vel 1200. annos accommodari ad mensis Tetraetericos, sine ulla παραπληρώσας ratione; Scaligerum verò Tetraeteridis hujus dispositionem pro fixa, & perpetua frequenter habuisse. Unde si anno Iphiti 1000. Novilunium ex laterculo respon-

no, tum de Tetraeteridibus utrisque à posteriori editione diversa ponuntur.

respondere putat Scaliger, cur non anno cccxlv. eidem laterculo quadrabant? Sed illud profecto sibi visissimum est, quod tam in hoc Diodori, quam in sequenti Plutarchi loco, & in aliis passim instituit Scaliger, ut quoties ad eam, quam sibi finxit, annorum, & periodorum descriptionem veterum Scriptorum auctoritates applicari nequeant, culpam in auctores ipsos transferat, atque omnes errasse nimia quadam confidentia pronuntiet, quos cum opinionibus, commentisque suis conciliari non poterit. Nam quod à Diodoro scriptum est, Metonem à xiiii. Scirroph. Enneadecasteridem exortum esse, quemadmodum intelligi debeat, dictum est supra, & in libro 2. fufius explicabitur. valde enim à Diodori mente aberrat Scaliger.

Postremus locus ex Plutarcho petitus est; in quo & erroris ipsum arguit. Plenilunium enim eclipticum, quod incidit anno Iphiti cccclvi, Dario ad Gangamela profligato, Plutarchus confert in Myfteriorum tempus, hoc est, ut interpretatur alibi, eis τῶν ἐνάτης & Βοηδρομιῶν. Abiecit lxxvi. omnibus ex cccclvi, remanet annus lxxv. sextae Periodi Atticae. Boëdromion Kalendis Octob. Metagitionon Kal. Sept. In cuius xx, sequentem, incidit illud Plenilunium. Ergo non τῆ ἐνάτης Βοηδρομιῶν, aut Μυσησίου, sed ἐνάτης Μετᾶγγιον & contigit Luna defectus. In hac Scaligeri disputatione primum illud animo repetendum est: lunares Boëdromionis, ac Metagitionis neomenias iidem committi Tetraeteridos Atticae, ac Julianorum mensium diebus, post annos cccxlv. quibus Iphiti saeculo competeabant. Deinde hoc est contentum, ex quo vis tota pendet argumenti; Μυσησίου Βοηδρομιῶν & ἐνάτης praecise celebrata; ut ad Themistium observavimus. Erant enim Myfteriorum dies uno plures, & à xv. die mensis exorti, ad ἐνάτης, eoque ulterius continuabantur. Ideo verum est Βοηδρομιῶν & ἐνάτης τῶν Μυσησίου Plenilunium eclipticum accidisse, non tamen τῆ ἐνάτης, sed xv. Boëdromionis; itant undecim post diebus, nempe xv. Boëdromionis, quae est πρὸς τῆς Σίβωνος, victoria ad Arbeta contigerit; ut alibi Plutarchus tradidit. Cetera, quae de mensium situ, deque Tetraetericorum mensium Neomeniis, ac Periodi Atticae comparatione cum Olympica in illius exempli declaratione sumuntur, saepius à nobis explorata sunt.

CAPUT XXIII.

Consuetantur ea, quae in editione 1. de Graeco & Attico an-

TABELLA DUPLEX.

Table with columns for E P A C T A E and Termini Noviluniorum, containing numerical data for months and days.

Prior Tabula pars continet epactas. Posterior Neomenias lunares in annis & mensibus Tetraeteridos Graecae. Haec Scaligeriana doctrina summa priori in editione tradita. Ubi Tetraeteris commenticia partim communibus cum posterioris editionis Tetraeteride vitis la-

Quod in Operis hujus exordio praefati sumus, nos in Scaligerianam omnem temporum doctrinam sic inquisivimus, ut non ea tantummodo perferretur, quae in editione posteriori, & in Ifagogicis Canonibus usi jam, & aetate maturior tradidit; sed ne illa quidem ommitteremus, quae priori in editione diversa, & contraria leguntur, quaeque secunda plerumque cura depravit potius, quam castigavit, ac meliora reddidit. Id in hac primi libri parte, qua de annis Periodisque Graecis agitur, multo est diligentius obendum. Haec enim totius doctrinae principia sunt, & clementia, quorum in omnes libros usus & usus diffunditur. Tum est ea gloriae, ac laureolae, quam ex hoc mustacco sibi qualiviv Scaliger, seges praecipua: ut hoc uno se, vel praeceteris invento commendandum posteritati crediderit. Quamobrem ne quid forte prior editio omisit, ac sincerius continere videatur, praecit iis mellis, quae cum posteriore communia sunt, ea breviter attingere, quae sunt diversa; neque postea certioribus decretis, solidioribusque mutata.

Anni Graeci structura, & Atticorum mensium series eadem in priori editione, atque in posteriore statuitur. Tetraeterides perinde, ac periodi aliae populares; lunares aliae proponuntur. Harum vero contextus multum in priori discrepat.

Cum enim civilis anni modus cccxlii. diebus circumscriptus sit, lunaris vero mensis diebus xxix, horis 12, 30', lunares in Tetraeteride populari Neomenias ita dispensat. Detracta Syzygia Graeca de mense populari tricenario, superfluit dies 0. 2, 30', epactae mensis unius. Item subductis diebus cccclv, horis vi, qui est modus lunaris anni, de cccxlii. diebus, restant epactae annuae dierum v, hor. xviii. Ex iis tabulam Graecae Tetraeteridos ita conficit. In anno primo Tetraeteridos detrahantur epactae mensis illius, quem quaris, de xxxii. diebus. In anno 2, de xxx. In anno 111. de xxviii; In 11, de xxvi. quod reliquum est, dabit terminum Novilunii quaesiti. Exempli causa: volo scire quando Novilunium accidat mense vii. anni primi Tetraeteridos. Epactae mensium septem sunt 3. 8. 30'. Subducantur è xxxii, relinquentur 28. 15. 30'. Ergo Neomenia lunaris committitur die 28, hor. 15. 30'. Quod in sequenti Diagrammate duplici tabella declarat.

borat; partim suis ac propriis obsolescit. Primum absurdum est methodus illa noviluniorum inquirendorum per epactas, sive residua mensium civilium supra lunares. Nam si, exempli causa, de xxx. diebus auferas epactas unius mensis, residuum 29, 12, 30'. hoc est Novilunium

vilunium. Prius enim ex methodo cum ineunte prima die civilis mensis inchoaret...

Duplex est syzygia, astronomicam, & civilis. Illa prater dies, horas insuper, horarumque momenta complectitur: hac diebus solis continetur. Mensis tricenarius primus in Tetraeteride Neomeniam habet...

faciunt dies 26. 6. 0'. Atqui Novilunium cadit in xxv. diem, horam 6. Si quidem mensis duodecim lunares Graci dies colligunt 354, 6, 0', ut fingit Scaliger...

LATERCULUM TETRAETERIDOS GRÆCÆ ex Scaligeriana doctrina castigatæ.

Table with columns for Epactæ (Ann. I-IV) and Novilunia in Mensibus popularibus (Ann. I-IV). Includes sub-columns for Dies, Horæ, and Novil. crevit dies.

Hæc est verior, ut commentitiis in rebus, Tetraeteridos popularis ac lunaris consensio. Tabule pars prior excessum popularium mensium supra lunares complectitur...

committitur. At typus Scaligerianus id in 4 diem conjicit. Adjecimus in parte altera tabule ad annos singulos columnellam dierum civilium...

traeteride castigavimus. Reliqua utriusque communia superioribus capitibus absolvimus.

CAPUT XXIV.

Explicuntur ac resolluntur omnia, quæ in editione prima contra quàm in posteriori de Aetice, & Olympica Periodo disputantur.

EX Tetraeteridibus, & Octaeteridibus Periodus annorum sex & septuaginta componitur. De qua longè diversa prior editio continet, atque in posteriore leguntur. Initium ab Attica Periodo sumitur...

His animadvertis, Atticæ Periodi caput in annum secundum Olympicæ Tetraeteridos confert, ac methodi gratiâ fingit illam à bruma, & Gamelione cœpisse...

tem intelligimus populatè, quod initio Julii 7111. tamenurunt, Elidenes fecuti. Postea Cleostratus Tenedius in octavam partem Cancris transfudit, hoc est Julii iv. Proinde citima Neomenia Hecatombæonis erat v. Julii...

tio & Hecatombæone cæperit. In exemplis, quæ Scaliger adducit, mira præcipue...

Anno quo Darius vicit Alexander, eclipsis accidit Boëdromionis xv, vel xvi, nimirum in Plenilunio; non utique xx. die mensis, ut ex mysteriorum solemnium falso concluditur.

His everfis, cetera pari ruina collabuntur, quæ ex iisdem testimoniis asseverat, de initio Atticæ Perio-di, ac dispositu Tetraëteridum. Tam enim Tetraëterides ille, quam in iis annorum situs, otiosa sunt, & ad id præcipue...

Nam quod ad Solsitium attinet; quod in editione secunda octavo Julii fixit; hic autem in quarto; probabilius hoc quidem est, quam posterius illud, & priorem sententiam, nec eam tamen veram, minus verifimili, & absurdiore correxit.

De Olympica Perio-do carptim ac leviter sequenti capite disseruit: ubi hoc aliter atque in posteriori editione posuit: Neomeniam primi mensis Elicdensium vii. Julii constituisse, Cyclo Lunæ v. Solis xviii, anno videlicet primo Iphiti, Per. Jul. 3978. Cetera itidem ut in posteriori tractantur.

DE MACEDONICA PERIODO.

CAPUT XXV.

Scaligeriana doctrina summa ex lib. 1. de Emend. pag. 45.

PERIODUM Olympicam omnes ab initio Græcæ civitates amplexæ sunt, mutato aliàs contextu, aliàs

initio mensium; cum aliæ civitates ab aliis mensibus anni, quàm æstivis; aliæ ab alio anno, quam primo Tetraëteridis inciperent. Quare Macedonica Perio-dus eandem cum Olympica, & Attica formam, ac mensium dispositionem habuit.

Prima omnium mutatio in populari Macedonum periodo sub Philippo Alexandri patre contigit, qui Metonicos menses in Macedoniam novum ejus in gratiam periodi principium instituerunt à diebus verni lyderis, ab anno lxxvi. Perio-di Olympicæ. Nam vivente adhuc Philippo periodo illa constituta fuit: sed ejus initium dilatum est in annum ipsum, quo mortuus est Alexander; ita ut finem dumtaxat periodi tam Philippus, quam Alexander viderint.

Altera in Perio-do Macedonica mutatio facta est post editam à Calippo Perio-dum. Quam cum ille anno Iphiti 445. instituisset, Perio-di Olympicæ anno lxxv, Atticæ xxvii, ac veterem Olympiadum epocham revocasset, quæ erat Julii ix, Hecatombæonem tam lunarem, quam Tetraëtericum statuit in ix. Julii, & pro anno lxxvi. Olympicæ Perio-di, Atticæ xxviii, primum instituit Perio-di suæ. Scirrophorian in veteris Atticæ Perio-di anno vicessimo septimo iniiit 3. Julii. Ab hujus ergo vii, die Hecatombæonem primi anni Perio-di suæ Calippus inchoaverat; imò verò ab Octobris vii, id est à Pyanepsione: idque propter Alexandri victoriam ad Arbela, quæ circa illud tempus incidit. Ex quo deinceps ab Autumno cæpit annus, & Perio-dus, quæ Alexandria dicta est.

Diagramma Macedonicorum mensium in Perio-do Macedonica solstitiali.

Table with 2 columns: Menses Macedonici, Menses Attici. Rows include months like Τπερβερεται, Δι, Απελα, Ανδωα, Περίπ, Δύσε, Ξανθικός, Αρτημισί, Δάσι, Πάνεμο, Λω, Γορπαί.

Diagramma Macedonicorum mensium in Perio-do Macedonica autumnali Alexandrea.

Table with 2 columns: Menses Macedonici, Menses Attici. Rows include months like Τπερβερεται, Δι, Απελα, Ανδωα, Περίπ, Δύσε, Ξανθικός, Αρτημισί, Δάσι, Πάνεμο, Λω, Γορπαί.

CAPUT XXVI.

Elenchus Macedonicarum Scaligeri periodorum. ac primum contextus illarum universè restituitur.

Quæ Macedonicæ Perio-do cum Olympica, & Atticæ communia sunt ex superioribus falsitatis arguuntur. Ejuimodì est imprimis ipsa perio-di structura, qualem apud Macedones in usu fuisse divinat Scaliger. Quis enim auctor illi fuit Macedonas eandem cum Græcis, & Atheniensibus anni formam, ac Tetraëteridum, & Perio-dorum descriptionem habuisse?

Hic ego Scaligerianos omnes attentos esse velim, & incredibile divini præceptoris acumen ex hac una rationatione cognoscere. Hyrcanus ille, cujus gesta Josephus illo libro perferbit, Julii Caesaris tempore vixit, fuitque Januæ Alexandri & Saalinæ, vel Salomes filius;

qui cum Aristobulo fratre capitales inimicitias exerceat, à quo post matris obitum pulsus, à Pompeio refugit; anno quo Cicero & Antonius Coss. fuerunt, hoc est Urbis dcccxi. Auctor Josephus lib. xiv, cap. viii. Post hæc annos in Pontificatu xxiv. fuit, usque ad annum urbis dcccxv; quo à Parthis & Antigonon Aristobuli F. captus, truncatis auribus captivus abducitur. Josephus eod. lib. cap. xxv. Sed hæc post Caesaris necem acciderunt.

Inter alia verò moenium Hierosolymitanorum reficiendorum potestatem obtinuit, de qua re scripsit ad Senatium Julius Caesar. Existat decretum ea de re Caesaris cap. xvii. pag. 432. edit. German. ubi Col. v. fere nominat. Quare fuit hic annus Urbis dccc, quo paucis post mensibus interfectus est. Porro Josephus capite illo xvi, cum SC. de moenium instauratione subjecturum sese dixisset; alterum imprudens ipse, an librarius ejus exscripsit, in quo de amicitia, & societate per Hyrcani Legatos Romæ renovata; tum de aurea phiala, aureoque clypeo ab eodem Hyrcano missis mentio fit. Editum est autem SC. illud anno nono Hyrcani Pontificis, & Ethnararchæ Judæorum Huic subjectum est Atheniensium psephisma, quo propter egregia Hyrcani in Remp. suam merita, publicum huic honorem decernunt. In hoc psephismate Hyrcanus Alexandri F. Judæorum Pontifex, & Ethnararcha dicitur. Sed annus nullus adscribitur: Mensis porro Panemì xxv. notatur; at superius SC. Panemium tantum, citra πασαν, adnotat.

